



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De imperatoria lege. x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex decr. Pij papa, cap. 3. **L** Ex imperatorum non est supra legem Dei, sed subter. *De imperatoriale lege. Cap. X.*
Quando canonica ventilantur, nisi sint religiosi, laici non intersint. Cap. XI.

Ex cõcil. Cabillon. cap. 6. **Q** Vando ea quæ canonica sunt ventilantur, vel quando regularia examinantur, neque aliquos laicos interesse nisi religiosos oportet: & nisi hos tãtũmodo, qui in propria appellantur persona.

Vel laici in synodo, nisi clericis iubentibus, docere non audeant. Cap. XII.

Ex concil. Carthag. cap. 118. **L** Aici in synodo presentibus clericis, nisi ipsis iubentibus, docere non audeant.
Vt populus sit docendus, non sequendus. Cap. XIII.

Ex decr. Celesti. papa, ca. 22. **D** Ocendus est populus, non sequendus: nos quæ si nesciunt quod liceat, quidve non liceat commoneat, non his consensum præbere debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram canonicam minimè de futuram.

De illo qui contra decretum episcopi venerit. Caput XIII.

Gregor. dicit. **S** i quis venerit contra decretum episcopi, ab Ecclesia abiciatur.
Ad moneatur imperator, vt consuetudinis apostolicæ se dis obtemperet. Cap. XV.

Ex decr. Anast. papa. **I** llud verò peculiariter pro amore imperij vestri, & beatitudine quam consequi poterit regnum, pro apostolico officio prædicamus, vt sicut decet, & spiritus sanctus dicitur, monitis nostris obedientia præbeat, vt bona omnia vestra respublica consequatur, sicut in Exodo promittitur. Si audieris vocem domini Dei tui, & quæ placent fueris coram eo, & obedieris præceptis eius, & custodieris omnem iustitiam eius, omnem infirmitatem quam importavi Aegyptiis, non importabo in te. Ego enim sum dominus, qui saluum facio te. Et illic iterum tuba potentissimi canitur: Et nunc Israël, quid dominus Deus tuus postulat à te aliud, quàm vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis eius, & diligas eum, & seruias domino